

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXVI. Haereses ac errores, si quos grassari animadvertit, solidè & breviter
redarguat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

LXVI.

Hæreses ac errores, si quos grassari animadvertit, solidè & breviter redarguat.

Εὐχρησις.

Ad munus fidelis Ecclesiæ Pastoris pertinet, non solum per διδασκαλίαν oves Christo colligere, & ad salutaria pascua & fontes irriguos deducere, sed etiam per ἔλεγχον lupos ab ovili Dominico arcere, & ab eorū insidiis atq; incurisibus gregem sibi commissū defendere, h. e. Non solum fundamentum fidei ponere, quod tantum est unum, nempe Christus Jesus 1. Cor. III. 10. 11. sed & opponere se, atq; resistere variis molitionibus & machinis illorū, qui tot modis tentant illud labefactare; Non solū semen verbi divini spargere, sed etiam à loliis & Zizaniis falsæ doctrinæ ac errorum agrum Ecclesiæ purgare, Jeremiam Prophetam jubebat Dominus non modo edificare & plantare, verū etiam evellere & destruere, dispendere & dissipare. Jerem. I. 10. Ecce, inquit, ego hodie constituī te super gentes & super regna, ut evellas & destruas, & disperdas & dissipes & edifies & plantes. Ad quæ verba Erasmus Ecclesiast. Lib. I.

pag.

pag. 659. Oper. Tom. V. ita annotat; *Summam pastoralis officii complexus est; quod totum in hoc situm est; ut primum revellat ab animis auditorum pravaram opinionum radices, malaque dogmatum impiorum semina, unde pullulant fructus acerbi, ac malo fundamento superstructum aedificium demoliat. Zizaniam enatam dissipet, structuram male ceptam disperdat, progreve vulsis & dirutis inferat banan-plantationem & structuram erigat, nulli cessantem rempestati. Et omnes in universum Prophetæ, Christus & Apostoli conjungere in officio suo & legis horrenda tonitrua & Evangelii blandas Ecthas. Lehren und wehren muß in einem treuen frommen Hirten und Psal-herren beyammen seyn / (inquit venuste Lutherus) Ein Prediger muß ein Kriegermann und Hirt seyn. Wehren ist lehren / und das ist die schwereste Kunst / darnach soll er auch Zäun im Maul haben / die sich wehren und streiten können. Cum primis etiam hoc requirit Apostolus, ut Episcopus sit διδάσκων, non solū διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ὑγιαίνων, exhortari in doctrinā (non tantum per se) sana (verū & sanante, non nudā puris remotione, sed medicamentorū applicatione, non ad solam infantiæ convictionē, sed & sanitatis indu-*

ctio-

... διδασκαλίᾳ ὑγιαίνων, exhortari in doctrinā

397

tionem, ut exponit B. D. Dannhauerus in Dia-
lectica S. pag. 303.) sed etiam τὰς ἀντιλέγουσας
ἐλέγχειν, *contradicentes redarguere & convin-*
cere. Tit. I. 9. *Sunt enim multi,* inquit porro v.
10. ἀνοήτοι, *refractarii, intractabiles,* qui in
nullū ordinem redigi, nullis fidei regulis con-
stringi volunt, ματαιόλογοι, *frivolarum & va-*
narū opinionū assertores, φρεναπατάται, *mentium*
deceptores, qui mentes veritatis lacte enutritas
objectā frivolarum opinionū escā solidis fidei
nutrimentis spoliant, seq; pariter & alios sedu-
cunt; Idem est φρεναπατάων, Gal. VI. 3. & δὲ
ἐπισομιζέω, *quibus* (in individuo, non in ge-
nere tantū) *oportet os obturare. Utitur* (Apo-
stolus) *duobus significantibus vocabulis,* inquit
B. Chemnitius part. I. Loc. Theolog. de peccat.
Orig. cap. 6. pag. 224. ἐλέγχειν est *vanitatem &*
falsitatem objectionum detegere & convincere, &
ἐπισομιζέω, *quod significat tales refutationes pro-*
ferre, ut adversarius, quod specie aliquā contradi-
cat, non habeat. Johannes ab ore aureo dictus
Chrysostomus in h. l. Homil. II. in cap. I. Epist.
ad Tit. Ut possit exhortari in doctrinā sanā,
hoc est, inquit. *ad suorum custodiam & eversionem*
hostium. Et *contradicentes arguere.* Nam
nisi hoc possit, omnia pereunt. Nisi enim quis ad-
versus hostes pugnare, omnemque adversario-

rum intelligentiam sub obedientiam Christi capere, & (λογισμὸς) ratiocinationes eorum convertere didicerit, (πρόρω εἰς ὁδὸν διδασκαλικὴν) absteineat, vellonge arceatur à Doctoralī cathedra. Cetera enim etiam in auditoribus & subditis invenire facile est, puta esse sine crimine, si hos habere subjectos, hospitalem esse, justum & primum. Hoc verò est, quod maximè doctore ostendit. (ὅτε μάλιστα χαρακτηρίζει τὸν διδάσκαλον, characterem Doctoralis officii exprimit) posse verbis instruere & adversarios confutare. Quemadmodum duplex Medici officium est, sanitatem praesentem conservare, & deperditā restituere, ut docet Galenus 1. de sanit. tuenda cap. 1. & alibi passim; ita quoq; illis, quibus spiritalis animarū cura commissa est, convenit non solum verā & sanā doctrinā auditores suae fidei traditos informare, sed etiā ab haeresibus, quae sunt veluti pestis & gangraena quaedam 2. Tim. II. 17. eosdem omni curā praeservare. Augustinus Epist. 48. Tom. II. Oper. Terrorem probat, sed cum doctrinā conjunctū, non sine doctrina coactionem. Si terrentur, inquit, (haeretici) & non docentur, improba quasi dominatio videtur, rursus si docentur & non terrentur, vetustate consuetudinis obdurantur, & ad capeffendam salutis viam pigrius moventur. Apostolus

Stolus Actor. XX. 29. graves luporum incurfus instare prædicit; Ego novi, inquit, quod ingres-
suri sint post discessum meum lupi graves, non
parcentes gregi. (Falsos Doctores, lupos appella-
lat, divinæ Magistrum eloquentiæ imitatus
Christum, qui non rarò, quando de *Hereticis*
sermo est, eadem metaphorà utitur, vide Matt.
VII. 15. Joh. X. 12.) Atque ideo admonet Ecclesiæ
Ministros, ut advigilent, officio suo assiduè in-
cubant, & fortiter resistent lupis, ovile Domi-
ni irrumpere & vastare cupientibus; Huc per-
tinet illud Cant. II. 15. *Capite nobis vulpeculas,*
quæ demoliuntur vineas. In quæ verba sic commē-
tatur *Augustinus* serm. 107. de Temp. *Quid est, ca-*
pitate, i. e. comprehendite, confringite, convincite, con-
sutate, ne exterminentur Ecclesiastica vinea. Quid est
aliud vulpes capere, quam hæreticos divine legi satio-
ritate revincere & sanctarum Scripturarum testimo-
niis quasi quibusdam vinculis alligare atque confrin-
gere. Bene *Gratianus* ex *Innocentio* dicit, *distinct.*
83. Can. III. *Error, cui non resistitur, approbatur &*
veritas, cum minime defensatur, opprimitur. Ne-
gligere quippe, cum possis deturbare perversos, ni-
hil aliud est, quam fovere. Nec caret scrupulo
societatis occulta, qui manifesto facinori desi-
nit obviare. Et dist. eadem C. 5. ex *Gregorio;*

Com-

*Consentire videtur errant, qui ad refecandam
que corrigi debent, non occurrit. Male audi-
unt Sacerdotes, qui discrimen inter purum &
impurū sive ignorant, sive dissimulant, vel fi-
dei suæ commisis. negligenter inculcant. E-
zech. XXII. 26. Male audiunt Pergamensis, &
Thyatirensis Ecclesiarū Ep scopi, quod conni-
verent ad Balaami Jezabelis pseudodidagma-
ta, illisq; non obstitarent. Apocal II. 14. 17. & 20.
Cum ergo errorū Zizania cum Doctrinæ cœle-
stis tritico simul crescant, id agat Concionator
ut pretiosum à vili, mendacium à vero, errores
ab admixtā & involuta doctrina Christi accu-
rate discernat ac separet, ne verū cum falso, in-
tegrū cum corrupto, aurū cum scoriis repro-
bet & damnet Jerem. XV. 19. B. Hulfemannus
intract. de jure & moder. Corrept. Fraternali §.
X. n. 160. pag. 77. ex B. Balduino Lib. IV. Cap.
Consc. cap. VII. cas. 3. adducit aliquot causas,
ob quas ratione *modi*, acerbius, & ratione *indi-
viam* clarius atq; evidentius, ratione *temporis*
maturius & citius insurgendū sit adversus cor-
ruptelas doctrinæ, quam in corruptelas morū,
quia 1. Hæresis sub specie pietatis & divinæ ve-
ritatis sese insinuat, flagitia ipsa sui turpitudine
exosa sunt, 2. Hæreses occulte serpunt, Flagitia
incurrunt in oculos, 3. Illæ studio sparguntur,
hæc*

hæc studio occultantur. 4. Illæ sive novitate
 objecti sive modi propagandi alliciunt, ista
 foecent. 5. Illæ radicem omnis piæ actionis, fi-
 dem inficiunt, ista plerumq; sola folia & fron-
 des depascunt. 6. Christus, Apostoli & Prophe-
 ta, omnesq; orthodoxi Doctores usquevq;que
 vehementius inveci sunt in idololatrias & fidei
 corruptores, quàm eos, qui per sola vitia mo-
 rum scandala dabant. Sane ex erroneis de Re-
 ligione opinionibus, & pravo sensu de creden-
 dis, nascuntur pravi mores, ex vitiis doctrinæ,
 vitia morum. *Malè vivitur, quando de Deo non
 bene creditur*, inquit *Augustinus*, lib. V. de Ci-
 vit. Dei cap. 10. Ubi non est vera cognitio Dei,
 ibi neq; vera dilectio Dei. Ε'λεγχος itaque seu
 falsæ doctrinæ detectio & refutatio non est
 postrema pars Ministerii Ecclesiastici. Imo E-
 lenchus ἐπεροδιδασκαλίας sive doctrinæ verita-
 ti cœlesti adversæ etiam cum maximo Præco-
 nis Verbi incommodo, exilio & morte urgen-
 dus est. Exiliū cœli & mors æterna illos manet,
 qui hic tacent, connivent, musitant. Obser-
 vandū autem h. l. *quoad ordinem*, l. ut Ecclesiæ
 Doctor mentes auditorum prius veræ senten-
 tiæ confirmatione muniat, & postea detegat so-
 phismata, fucūq; falsis opinionibus detrahat.
Quando articulorū fidei veritatē fundamē-
 C c *to Sacra-*

Sacramentum literarum evicimus, tum demum ad
adversariorum errores confutando acceda-
mus. Nam firmata doctrinae veritate, destrue-
ndus contrarius error est. II. Ut ad alicujus dog-
matis erronei confutationem non descendat,
nisi textus ipse, qui pro concione tractatur, oc-
casionem illi suppediet, ne *Philovincas*, seu con-
tentionis studio occasiones captare potius &
solicite aucupari videatur, quam sponte obla-
tas usurpare. Quando verò textus ab adversa-
rio quodam pervertitur, & ad falsi alicujus dog-
matis probationem torquetur, aut a nobis con-
tra adversarii placita & errores urgeri, atque ad
redargutionem illorum transferri commodè pot-
est, ibi erronea adversariorum interpretatio
breviter & sobrie refutetur, hic veritas solide
demonstretur, & à strophis & exceptionibus
illorum vindicetur. III. Ut in refutandis illis
dogmatibus falsis in primis occupatus sit, quæ
vel nota sunt plerisque; vel à quibus periculum
aliquod imminet auditoribus, vel etiam, quæ
aliquorum auditorum animis jam insident, si-
ve ut *B. Hannius* loquitur in Concione. Metho-
do pag. 1036. Oper. quibus *Satan* aut jam in o-
vile Ecclesie ipsi commissi irrumpit, aut certo ubi pericu-
lum est, ne his auditores *barbaricorum* versuti implicen-
tur. Errores obsoletos, antiquatos, & jam pridem
cum

cum autoribus & sectatoribus suis sepultos nō
refricet, vel attingat, nisi fortē ostendendū sit,
à Neotericis veterum hæreticorū errores in-
terpolari, eorumq; falsa dogmata jam olim in
prisca hæreticis ante damnata esse, quam nata,
vel obsoletas & olim extinctas hæreses impro-
bitate Satanae ex orco revocari & resuscitari.
Inprimis ab hæresibus, quæ nondū publicē in-
notuerunt, & à quibus nihil imminet periculi
gregi suo, operosē refellendis abstineat. De
occulta enim aut incognita, olimq; sopita hæ-
resi coram plebe vel promiscuo auditorū cœ-
tu velle disserere, est eam serere, non deducere
sed docere. Sufficit hīc haud rarō, nominasse
illam saltem, & ceu heterodoxum quid & veræ
doctrinae oppositum, removisse. Neq; enim
tantum otii est Concionatori fideli ab errori-
bus & vitiis jam vigentibus, ut aliunde quærat
pugnandi materiam, IV. Ut illorum errorum
refutationi coram populo potissimū incum-
bat, qui sunt fundamentales seu capitales, sive
qui articulum quendam fidei scitu ad salutem
necessarium concernunt, atq; evertunt. V. Ne
hæreticas aut erroneas opiniones in exteris re-
gionibus foveri & agitari captas in scenam
producat, securus de domesticis. VI. Deniq; ne
in omnibus concionibus cum adversariis in-

arenam descendat, eandemque rationem suggestus in templo & cathedræ in Scholis habeat, sed ut semper auditorum suorum statum & conditionem respiciat. Ad Cathedram enim Professoriam potius, quàm ad suggestum Ecclesiasticum pertinet Quaestionum Theologiarum tractatio. Modus vero controversias tractandi apud rudem populum convenientissimus est, simplicissimè & brevissimè ostendere, errorum à fundamentis doctrinæ Christianæ discrepantiam. Benè *Amandus Polanus* in *Methodo concionandi* cap. VII. pag. 94. *Quum non omnes capaces sint refutationum falsæ doctrinæ & Sophismatum, quibus ea pingi ab adversariis solet, ideo Concionator auditoribus se accommodabit, & refutationes illas vel quantâ poterit simplicitate & perspicuitate proponet, vel penitus omittet.* Ut vero in palæstra Christi iustis ac necessariis armis instructi aliquando se sistere possint, qui Deo & Ecclesiæ inservire cupiunt, scripta adversariorum imprimis publica evolvendi atque expendendi cura eos teneat. Ad refutandos vero hodiernos errores maximè facit antiquitatis Ecclesiasticæ & veterum certaminum accurata cognitio. Eadem enim fabula mutantur taxat personis, omnibus ætatibus in mundo agitur. Unde & recens motis in Ecclesiâ cõ-